

Ann. IV.

Num. IV.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

### Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 15

LONDON W.

28, Orchard Street.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

1699, Rue Notre-Dame

MONTRÉAL

### RERUM INDEX

JOSEPHUS VERDI	....	I. Antonelli.
DE COMMUNI OMNIBUS GENTIBUS ELOQUIO CONSTITUENDO	....	N. Capo.
DE PRIMA CHRISTIANORUM PERSECUTIONE DEQUE EPISTULA QUADAM PSEUDO-		
SENECAE INIURIA NEGLECTA	....	F. Ramorino.
ANGLORUM MONUMENTA	....	Laelius.
PRO BRUTIIS	....	R. Pancaro.
NOVAE SUMMI PONTIFICIS LITTERAE DE "QUAESTIONE SOCIALI,"	....	Forfex.
CHRONOLOGIA CHRISTI DOMINI	....	P. A. M. Rovitti.
HORAE SUBSECIVAE - In pueruli mortem matris lamentatio	....	A. Galiero.
COMMUNIA VITAE - Per aequam glaciem abeundi ratio	....	H. D. V. Pieralice.
ANNALES	....	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	....	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	....	H. P.
AENIGMATA	....	Digamma.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM

VARIA: Recensiones singulares - Nosocomium novi generis constitutum -

Ioci

SOCIS MONITUM

Viator.

P. d. V.

A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCCJ

PROSPECTUS  
SUBNOTATIONIS  
**Commentarii VOX URBIS**  
ANNO MCMI

Premium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;  
ubique extra Italianam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7  $\frac{1}{2}$**   
recto tramite mittendum  
ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem  
**ROMA - Via Alessandrina, 87**

**PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA**

**I.** - Qui nomen commentario dederit premiumque subnotationis  
sive diribitoria chartula, sive credita et commendata epistola recto  
tramite miserit uti supra, pridie kalendas Octobres an. M CMI  
**praemium sortietur, quod ad provehenda studia dicitur.**  
Idem tot aureis nummis constabit, quot

**Summam Mille Libellarum**

(1000 francs)

aequent.

**II.** - Qui e sociis chartulam, quam ad hoc accipiet, remiserit  
suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duabus  
tantummodo commentariis solvet premium; tertium dono habebit;  
atque tamen tria nomina in urna ad praemium consequendum  
versabuntur.

In It.  
Lib. I.

IOS

BONARUM  
tionis pr  
pariantur, di  
omni tempor  
nomen poetis  
ste, prodigiun  
etiam atque in  
Deo, ut Hom  
Disciplinar  
aut matheseos  
lege evoluntu  
ut nepotibus  
cumentis fultis  
adipiscendam.  
mina Homeri  
exsuperata nu  
videbit. Quare  
triumphos, qui  
disciplinis inve  
apparet fore u  
maneat: creda  
saecula extrem  
quae mortales,  
sint. Quod qui  
quatuor, divin  
prae ceteris pa  
Donizettius, V  
statutum credo  
tus artificem,  
esse peremptu  
Italorum tantu  
luctus exstithit,  
delectatio cara  
vigesima septi  
cto, dum nullu  
stat, aurea mu

Longobard  
mus proximae  
tum nactus: o  
ferme, Ronco  
ritia, cum sac  
captus, prima  
menta persen  
Caesarem pat  
operam dare p  
miliari, cymba  
emit. Magiste  
organum puls

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

## IOSEPHUS VERDI

BONARUM artium opera, quippe quae non rationis praecipua vi, sed mentis aestu quodam pariantur, divinum flamen hominibus patefacere omni tempore visa sunt. Vatum inde fuit sacrum nomen poetis, mirandumque exstitit, historia teste, prodigium, summa eorum monumenta rudi etiam atque immatura omnino humanitate, flante Deo, ut Homeri, ut Dantis carmina esse condita.

Disciplinarum inventa, philosophiae aut matheseos principia fatali progressus lege evolvuntur semper, augenturque ita ut nepotibus certum sit sibi, patrum documentis fultis, pleniorum sapientiam esse adipiscendam. Quae contra maxima carmina Homerus aut Alligherius cecinerunt, exsuperata nunquam nec ultima aetas forte videbit. Quare recognitanti mihi elapsi aevi triumphos, qui maximi ferme in omnibus disciplinis inventisque evasere, certum non appetat fore ut invicta eorum memoria maneat: credam contra laudem ipsi in saecula extrema futuram, summa audivisse quae mortales, musice ludendo, edere possint. Quod quidem immortale fatum Itali quatuor, divinis numeris alites, maximi praeceteris pararunt Rossinius, Bellinius, Donizettius, Verdius; inde caelesti consilio statutum credo Verdium, supremum cantus artificem, vix post sui saeculi limen esse peremptum. Itaque huius obitus non Italorum tantum, quam omnium gentium luctus exstitit, penes quos blanda musices delectatio cara habeatur. Verdio enim die vigesima septima elapsi mensis Ianuarii vita functo, dum nullus tantae gloriae dignus haeres existat, aurea musices aetas absoluta est.

\*

Longobardia tanto viro patria, unde et maximus proximae aetatis poeta noster Manzonius ortum nactus: oppido vero eius natali, obscurum ferme, Roncole nomen. Ibi summa adhuc pueritia, cum sacris inserviret, organorum vocibus captus, prima sibi adloqui concentuum oblectamenta persensit. Pertractus ea voluptate puer Caesarem patrem rogavit, ut musices numeris operam dare posset: qui, tenui, qua erat, ope familiari, cymbalum tamen, etsi usu tritum, filio emit. Magister illi primus Baistrocchi, qui templi organum pulsabat, deinde Baressius mercator tibia

ludere callidus, Trovesius denique, qui Busseto proximo in oppido turbae tibicinum praerat. Adolescens brevi magistros antevertit, insolitusque auspiciis attentis, Mediolanum, statuto a curionibus aere, missus est, ut musices Lyceum adiret. Verum qui Lyceo praerant, inito a iuvene periculo, aditum negarunt, ut, Lavigna magistro, Mediolani studia dilecta sibi privatus Iosephus noster perficerit. Rediens post biennium ad suos, per provinciam notissimum nomen eius evasit, tibicinesque patrios ipse sua vice moderatus est. Anno MDCCXXXV Margaritam Baretti

comoediam futuram constituerant, cum magister aliam post alium uxorem carissimam, utrumque filium, quos ex ea suscepserat, amisit. Quo pacto iam vir tanto moerore confectus lepidos comoediae numeros edidisset? Quare Regnum unius diei (Italice: *Un giorno di regno*) — ita enim novum illud opus vocatum — sibilante plebe escaena pulsum est. At quem lugubria fata nequierant frangere virum, eum neque arbitrium popularis aurae prostravit. Paucis post mensibus, anno MDCCXLII die mensis Martii secunda, Nabucodonosor, trimenstru vix laboris fructus, maximam gloriam Iosepho magistro peperit.

Ascensus eius deinde quotannis sublimiores: quotquot opera eius nova posita sunt totidem resonarunt ubique triumphi. Anno MDCCXLIII, *Longobardi milites ad primum crucis bellum acti*; an. MDCCXLIV, *Hernani*, Venetiis in theatro cui nomen a « Phoenice »; an. MDCCXLV, gemina edita opera: Romae, *I Foscari*, Mediolani, *Ioanna d'Art*. Deinde, foecunditate ita mirabili ut prodigio adscribenda viseretur, annos inter MDCCXLV et MDCCCL, *Alzira*, *Attila*, *Macbeth*, *Latrones* (Italice: *I Masnadieri*), *Pirata* (Ital.: *Il Corsaro*), *Pugna ad Liganum*, *Aloysia Miller*, *Stiffelius*, quem deinde mutato nomine *Haroldum* vates dixit, prodiderunt in vulgus. Anno MDCCCL, maximo tanti ingenii specimini, *Rigoletto*, Veneti plauerunt cives, cuius celeberrimum cantum quatuor modulatum vocibus ipse cum audiisset Rossinius, Iosephi flamen sese iterum persentire sponte fassus est. Sed non hec mora: binos post annos bina iterum opera peracta; ea immo, quae maxime deinde

per popularium ora vulgarentur, *Il Trovatore* et *La Traviata*. Anno MDCCCLV Napoleone III, Gallorum Imperatore, invitante, ut Lutetiensi universarum artium recensioni operam et ipse conferret suam, *Siculum interneconem* (Italice: *I Vespri Siciliani*) scripsit. Anno MDCCCLVII, iterum Venetiis, *Simon Boccanegra* populo propositus; anno MDCCCLIX, Romae, *Un ballo in maschera*; anno MDCCCLII, Petropoli, *Fatorum vis* (Italice: *La forza del destino*) edita.

\*

Tantos post labores quindecim annos magistri lyra conticuit; non quia sterilis facta esset, sed ut novam silenti studio vim recuperaret, novaque concentuum portenta proxime effunderet. Anno MDCCCLVII, Lutetiae, Imperatore adstante, Ca-



Iosephus Verdi.

rolus (Ital.: *D. Carlos*) opus collusum, tresque post annos Cairo in urbe, Aegyptiorum rege invitante, *Aida* primo proposita est, comptissimum atque lectissimum operum, quae usque illuc magister edit. Quem post triumphum, iterum musarum eius silentia nimis diurna fuere, donec tandem, anno MDCCCLXXXVII, Mediolani, renovatis omnino cantu et concentu, ac veluti nova induitus iuventute, *Otello* in scaenam prodit. Denique, sex post annos, *Falstaff* comoedia, quod genus dramatis nunquam iam post domestica infortunia magister tentaverat, acta est. Sed plausus iuveni exordienti denegati octuagenario seni copia infinita ingeminati sunt: ita ut paene ad obitum properanti Thaliae gratiae arrisisse viderentur. Attamen sacri et religiosi extremo tantae vitae curriculo servati manebant afflatus. His pertractus, cum iam rusticans integrum fere per annum aut Busseti, aut Montecatini in oppido vitam abdite duceret, *Siabat Mater Iacoponis fratri laudem, Ambrosianum hymnum*, denique seraphici Bernardi precem ad Mariam Deiparam, quam Alligherius conscripsit, numeris noster vestivit; tanto ferme unus ipse musices dignus scriptor! Verum celeberrimum eius sacrum opus Missa fuit, quam Alexandri Manzonii memoriae Iosephus ediderat. Haec autem, quominus vicissim suis exsequiis concineretur modestia auctoris prohibuit, qui iusta exsolvi sua ulla absque pompa testamento edixit.

\*\*

Mediolani, sacris refectus viaticis, Iosephus Verdi in hospitio, quod incolere iam hieme assueverat, morte placida nonagenarius paene absumptus est, et Italorum maxima quae superesset gloria cum ipso abiit. Legata caritatis eius in testamento copiosa quam maxime, pientissimaque voluntas apparuit, qua aedibus, quas musices artificibus cibo et domo excipiendis atque iuvandis ipse condidit, exuvias suas quiescere concupivit. Quod quidem, nec dubium erat, lata ad rem lege decreverunt Itali patres: quid enim nimium esse aliquis sentire poterat ut debitus honos tantae memoriae redderetur?

\*\*

Eius demissio, quae in habitu praelucebat, qua semper in conversatione utebatur, vetuit ferme quominus non tam respublica Italorum quam et omnium gentium legati, iam ad rem delecti, post eius feretrum solemnis pompa circumirent. Verum, quoadusque Euterpe ac Terpsichore melos humanos animos movebunt, monumentum Italicae gloriae perenne erit, lausque Iosephi Verdi renovabitur illa, quam Russorum ipse Caesar, Petropoli audiens Verdianum opus de Fatorum vi, privatim auctori reddidit iuiciens: « Me quoque Caesare maior est tibi potestas! »

I. ANTONELLI.

*Duo sunt opera sapientis: unum est non mentiri de quibus novit, aliud mentientem posse manifestare.*

ARISTOT. *Elench. I.*

### DE COMMUNI OMNIBUS GENTIBUS ELOQUIO CONSTITUENDO

Quod iam G. Elpi pertractaverat argumentum (1) nuper et vir cl. Hermannus Diels in germanico commentario, qui *Deutsche Revue* inscribitur, copiose disseruit et, quod mirabile videri potest, eandem uterque verborum conclusionem attigit.

Cum de unius scripto in superiori commentarii nostri numero *Senior* verba fecerit, de altero haud supervacaneum puto in re tanti momenti aliquid dicere, praesertim cum a praefato scriptore commentarium nostrum renovandi latini sermonis usus probabile proponatur exemplum.

Initium igitur orationis ab eo capit quod sibi persuasum habet, Germaniam a natura ita esse conformatam et a caelo quasi praedestinatam, ut Germanis praecipua sit habenda cura, maximeque vigesimo hoc saeculo, quod cultus et humanitas nostrae splendorem remotissimam quamque et barbaram regionem illustratum esse videtur, unum omnibus populis constituendi eloquium. Compertum habemus olim graecum colonum, romanum militem patrium sermonem longe lateque propagasse, ut graeca lingua mille annis ante Chr. natum omnibus in Orientis regionibus communis fieret, romanam autem in Occidentis usque ad decimum septimum saeculum, nationibus quidem diversis obortis. Quid, si nunc aliquid excogitamus remedium, quo in tanta linguarum varietate et commerciorum maiori semper explicatione difficultatibus in dies gravioribus obstar possimus?

De linguis, quae totae sint in gestibus vel hieroglyphicis, absit hic quaestio, itemque de ficticiis magno labore compositis, quarum exempla quae *volapück* dicitur a G. M. Schleyer efficta, quae autem *langue bleue* a Leone Bollak inventa, quae denique *mundolingue* appellatur ab latina initia repetens a Julio Lott inventa, cuius exponuntur elementa in opere ita inscripto: *Un lingue international pro le cultivat nations de tot mund. Grammatic, dialogs, letters et vocabular composit in anglian, frances, german, italic et universel lingue pro le pratic application durant le exposition universal in Paris, 1900.*

Quid autem? Num qua inter linguas in ore hominum hodie latas omnibus communis deligi poterit? Historia monet plerumque populum victorem iis quos vicisset linguam imposuisse suam; quaenam igitur exterarum nationum quae hodie florent aliena ut *lingua libenti patiatur animo; quod si fecerit, impetrione se subiiciat populi cuius illa sit propria lingua?* Gallica quidem, quae usque ab decimo septimo saeculo latinae obtinet locum, praesertim cum Napoleon I eius propagationi assidue faverit, ut anno quoque 1829 vir ille Goethe ei primas deferret, nunc ab illo recessit honore, quamvis *l'Alliance française pour la propagation de la langue française plus quam decies centena millia denariorum quotannis profundat.* Gallico magis sermoni atque germanico documento fuit magna in novissimo saeculo patrii amoris progressio, quae tamen efficere non poterit quin omnes unam desiderent linguam.

Tres hodie ceteris ad universam gentium communionem praestare sermones videntur; gallicus, anglicus et germanicus, hisque arreptis nullum amplius expetendum plerique existimant, neque vero suspicantur Sarmatarum linguam, quae hodie minoris fit momenti, primum locum tribus quas dixi contendere posse, immo superiorem discedere.

(1) G. ELPI, *La lingua universale*, Romiae, ex off. Paravia et Soc., 1900.

Si usque ad dimidiam decimi noni saeculi partem gallicus sermo primas obtinebat, nunc anglico potius deferenda videntur, qui praeterquamquod toto orbe terrarum longe lateque resonat, praeterea nonnihil habet commodius, cum etymologiae ac dictiōnum constructionis subtilitate emineat, idemque verbis latinis cum germanicis aequa commixtis omnibus significantior evadat.

Ad unguem hic facit referre quod Lewis Carnac verisimiliter ratiocinatur, totiens deciens centena millia hominum exeunte vigesimo hoc saeculo sermonibus anglico, germanico, sarmatico, gallico, italicico, iberico, si eorumdem progressus eadem ratione fiat ac in superioribus quinque saeculis, usuros esse:

anglico 640,  
germanico 210,  
sarmatico 233,  
gallico 85,  
italic 77,  
iberico 74.

At, ne anglicus quidem sermo ad vitandam alteram alterius gentis invidiam honore linguae communis dignus videtur.

Restat igitur ut ad latinum confugiamus sermonem, qui tot superfuit saeculis, in cuius studium apud scholas Europae atque Americae pueri adhuc incumbunt, qui, etsi antea saepius, adhuc certe ad plantarum appellationem, academicas disceptationes, medicorum pracepta, regum epistulas, pontificum encyclicas litteras in multis adhibetur regionibus.

Iamdudum Romanorum occidit imperium; latinam igitur linguam omnes acceptam usurpare patientur, ut anno praeterito optima mente Austriae ille imperatoris minister von Hartel sacris saecularibus athenaei Cracoviensis et in Italia anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono Baccellius ille clarissimus, id temporis studiorum moderator, ad salutationem eorum, qui Orientis rebus operam navant, decimum secundum Romae congregantur.

Profecto non hic quaestio de sermone puro atque emendato Ciceronis magniloquentiam redolente, quippe quod parum ad omnia vitae communia significanda sit accommodatus, verum de renovato illo ac vivaci, cuius americana ephemeras *Praeco latinus* romanaque *Vox Urbis* exempla proponunt.

Non infitior litterarum appellationem aliam apud alias gentes impedimento esse ad id quod volumus perficiendum, sed huic difficultati opinione celerius occurri potest, ut Germanorum athenaea aperte declarant, ubi disceptationes inter adolescentes diversae quidem prosperae fiunt.

Per se intelligitur latinam communem omnibus lingua nullo modo fieri posse si, ut nunc in scholis secundi ordinis traditur, ita discatur eique tradendae philologi, non viri actuosi praesint, qui rerum vitae necessariarum periti, ab ea ut emortua docenda omnino abhorreant. At duae praeter ceteras difficultates exstant longe graviores; nam et e philologis nemini fere cordi est hic latini sermonis renovatus usus, et multitudo, a qua impulsus omnis proficiisci deberet, iners permanet, nulla rei necessitate permota.

Hactenus vir cl. Hermannus Diels, cuius optatum, etsi impugnare nolo, num ad effectum perduci possit, nunc praecipue in tanto humanorum studiorum contemptu, quam valde dubito. Eiusdem potius assentior voto vehementerque faveo, quod solemniter expressit (1) in ipsa Berolinensi academia anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono mense Iu-

(1) Cf. verba F. RAMORINI in I num. anni III nostri commentarii.

nio, ut  
doctrin  
saepius

Hoc  
tatis st  
intendi  
incorr  
que arg  
mentari  
quidem  
nostror  
pere es  
Grat  
Alpium  
mis pro  
bimus c  
Nun  
ob trib  
monstra  
commun  
incepto,  
alio poti  
dium op  
Si en  
guam in  
omnium  
quovis st  
cero pra  
tinentium  
datiorum  
utentium

DE P  
DEQUE

POSTO  
suo,  
hominum  
Christian  
Romae, e  
nem pra  
ribus N  
persecuti

Notun  
Mediolan  
cuius dua  
strandum  
Julio anni  
delevit, a  
eamque r  
confessi es

Quam  
tentia,  
viro in m  
non pauci  
de ea re e  
opinionem  
*Vocis su*  
lceat milhi  
Coen, do  
naeo Flor  
Septembr  
hac com  
quidem se

(1) Vide  
1901 in Ras  
e la persecu  
veritu stori

nio, ut latina lingua communis fiat inter viros omnium doctrinarum et disciplinarum studiosos, ne plerisque saepius ad mendas epitomes sit confugiendum.

Hoc potissimum exoptamus nos, qui ad latinitatis studium amoremque propagandum iam ab initio intendimus, alio et forsitan aptiore itinere, quod ad incorruptam latini sermonis integritatem propositaque argumenta pertinet, quam alterum latum commentarium, qui *Praeco latinus* inscribitur. Quod quidem pronuntiare liceat nobis, quibus maiorum nostrorum lingua, velut haereditate relicta, maximo pere est tuenda incorruptaque servanda.

Gratulantes sane quod commentarium nostrum Alpium iuga nostraque maria transgressum clarissimis probetur viris, firmiore animo suscepimus operi.

Nunc igitur cl. Diels maximas agimus gratias ob tributum *Voci Urbis* honorem, cum re nos demonstrare scriperit latinum sermonem proclivem ut *communis omnibus fiat*; eiusque plaudimus nobili incepto, nisi quod in tanta temporum iniuitate ut alio potius, qua est auctoritate et doctrina vir, studium operamque conferat valde optamus.

Si enim unam esse universae negotiationis linguam in votis est atque erit, magis magisque sermo omnium doctrinarum et disciplinarum communis a quovis studio desideratur. Atque utinam, quam Cicero praedicat artium omnium ad humanitatem pertinentium cognitionem artius communi vinculo cordiorum virorum devinciat animos uno eodemque utentium sermone!

N. CAPO.

### DE PRIMA CHRISTIANORUM PERSECUTIONE DEQUE EPISTULA QUADAM PSEUDOSENECAE INIURIA NEGLECTA

**P**OSTQUAM H. Sienkiewicz fortunatissimo opere suo, cui titulum fecit *Quo vadis?*, attentionem hominum convertit ad aetatem Neronianam et illam Christianorum persecutionem quae prima saevit Romae, ea res antiquarum rerum studiosis occasionem praebuit novis curis indagandi, quid de auctoribus Neroniani incendi, quid de causis dirae illius persecutionis pro certo habendum sit.

Notum est lectoribus nostris, Carolum Pascal, Mediolanensem, non dubitasse scriptiuncula quadam, cuius duae vulgatae sunt editiones, id sibi demonstrandum suspicere, nempe incendi, quod mense Iulio anni post C. n. 64<sup>i</sup> tam magnam Urbis partem delevit, autores re vera fuisse Christianos; ob eamque rem, cum nonnulli eorum correpti crimen confessi essent, inde persecutionis initium ortum esse.

Quam instabili fundamento niteretur Pascalii sententia, quam facile deiciantur argumenta a docto viro in medium allata ut aedificium suum fulciret, non pauci demonstrarunt, vel separatim opusculis de ea re editis, vel in commentariis et ephemeridibus opinionem suam aperientes. Praeter G. P. qui in *Vocis* superioribus numeris de ea re fusius disputavit, liceat mihi memorare commentationem quam Achilles Coen, doctor antiquae historiae tradendae in Atheneo Florentino, edidit in *Atene e Roma* mensibus Septembri, Octobri, Novembri superioris anni. In hac commentatione quamquam non omnia, mea quidem sententia, sunt probanda (1), tamen multum

(1) Videsis dissertationem a me editam Februario mense 1901 in *Rassegna Nazionale* cum titulo: *L'incendio Neroniano e la persecuzione dei Cristiani nel « Quo vadis? » e secondo la verità storica*.

verae doctrinae est; eiusque ope luce clarius apparuit, post ortum *forte* potius quam cuiusvis *dolo* incendium anni sexagesimi quarti, Neronem non solum reficiendae et renovandae urbi consuluisse, sed etiam, Sibyllae librorum consilio, supplications Vulcano Cereri Proserpinaeque constituisse, et decrevisse ut matronae hausta aqua a proximo mari Iunonem propitiarent templum eius et simulacrum perspergentes, et feminae quibus mariti erant sellisternia ac pervigilia celebrarent; cum tamen nihilominus fama iussi a Nerone incendi maneret et duraret, huic rumoris abolendo, Christianos iam antea vulgo invisos, tunc autem, quia piacularibus sacrī abstinuerint, in suspicionem vocatos, reos fecisse, in eosque ita saeviisse ut multi eorum exquisitis tormentis cruciati mortem obirent.

Possumus in singulis nonnihil a Coen dissentire, verum de tota hac re, in universum consideranti, dubium esse potest nullum. Coniecturam etiam protrulit Coen non illepidam, quamque ego felicissime audacem vocaverim, de locutione illa, quae occurrit in celebri Epistula Sancti Clementis Romani ad Corinthios, extremo anno Domitiani regni data; ubi de mulieribus christianis loquens aetate persecutionis, eas appellat Danaides et Dircas (1). Qua de re multi multa disputarunt, cum ea appellatio *Dircæ* perspicua esset omnibus, poenam huic mulieri ab Amphione et Zetho datam memorantibus, sed nemini apta videatur mulierum christianarum cum Danaidibus comparatio. Coen in hanc suspicionem venit, una cum matronis illis quae e proximo mari aquam haurire et sollemni quadam pompa Romam gestare ad Iunonem propitiandam iussae erant, ancillas christianas etiam fuisse, quae vi fortasse ad illud munus coactae, urnas in capite gestantes, imaginem referent Dana filiarum, quales saepe in tabulis, in anaglyptis, in monumentis exhibebantur; unde cum agnomen illud, Danaides, velut ioci causa spectantium in buccam venisset, hinc propagari coepisse et a vulgo acceptum usque ad Clementis Romani aetatem durasse.

Sed de his hactenus, neque mihi propositum est nunc de ea re disputare. Hoc moneo, inter merita docti Coen hoc recensendum esse, quod studiosorum attentionem convertit ad epistolam quandam Pseudosenecae iniuria hucusque neglectam.

Nota res est in Senecae operum codicibus manu exaratis epistulas quasdam ad nos pervenisse quae ut a Seneca Paulo datae aliasque quae ut a Paulo *scriptae* exhibentur. Notum est etiam harum epistularum, quae omnino quatuordecim numero sunt, mentionem fecisse S. Hieronymum in libro suo *De viris illustribus*, c. 12, ubi ait Senecam se non positorum fuisse « in catalogo Sanctorum nisi epistolæ illæ provocarent quae leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam et Senecam ad Paulum ». Etiam Augustinus has epistulas cognovit easque laudavit in epistula sua 153<sup>a</sup> ad Macedonium. Ineunte fortasse saeculo p. C. n. quinto usus est iis auctor Passionis Sancti Pauli quae Lino falso tributa, inter Acta Apostolycpha enumerari solet (2), haec verba scribens: « Institutio Imperatoris adeo est illi (Paulo) amicitia copulatus, videns in eo divinam scientiam, ut se a colloquio illius temperare vix posset, quatinus si ore ad os alloqui illum non valeret, frequentibus datis et acceptis epistulis ipsius dulcedine et amicabili colloquio atque consilio frueretur ». Denique Senecae et Pauli epistularum commercium memoratur etiam

(1) V. huius epistolæ editionem a Knorr curatam, Lipsiae, 1899.

(2) V. LIPSIUS et BONNET, *Acta Apostolorum Apocryphas*, Lipsiae, 1801, vol. I, pag. 23.

in Chronico Lucii Dextri; sed iamdudum huic libro omnis fides sublata est, et luce clarius demonstratum est, non veterem scriptionem esse, sed saeculo xvi a famoso viro De Higuera Hispano nefarie suppositam. Ut cetera igitur negligamus, Hieronymi et Augustini testimonio probatur medio ferme saeculo quarto iam conscriptas esse epistulas de quibus sermo est iisque ut genuinis fidem habitam esse. A recentioribus diu multumque disputatum est de hac re. Cum enim nonnulli Senecam re vera Paulumque et familiaritate quadam coniunctos esse et eas epistulas sibi invicem dedisse autem, ut Amedeus Fleury Gallus, cuius est opus de *hac* re editum anno 1853, et celeberrimus noster Ioannes B. De Rossi, qui de hoc arguento scrispsit in *Bullettino di archeologia cristiana* annis 1866 et 1867; alii longe plures in hanc sententiam venerunt, epistulas illes a falsario quadam post Eusebium et *Lactantium*, qui eas ignorant, conscriptas esse et tam felici audacia in Senecae opera suppositas, ut paulo post ipse Hieronymus et Augustinus pro veris haberent. Hanc opinionem iam Baronius ostenderat in *Annalium Ecclesiasticon* tomo primo (1); quem Bellarminus erat sectus in libro de *scriptoribus ecclesiasticis* primo; recentiori aetate eadem sententia scrispsit Aubertin, cuius opus *Sénèque et Saint Paul* tertio Parisiis prodidit anno 1872; et, ut omittam ceteros, Adolphus Harnack in *Geschichte der altchristlichen Literatur* (2), parte prima, pag. 763. Quamvis igitur durum sit credere Hieronymum et Augustinum, tam sapientes viros tanto ingenii acumen praeditos, ab incepto philosophastro paulo superioris aetatis ludificatos esse, tamen non videtur dubitandum quin quatuordecim illæ epistulæ Seneca et Paulo indignæ sint iudicandæ.


Sed ut ita res se habeant, ut epistulae Pseudosenecæ post aetatem demum Constantinianam compositæ sint et vulgatae, illud tamen non sequitur, eas plane negligendas esse, si quod testimonium de antiquis rebus perhibeant; quin etiam ratio earum ita habenda est ut monumentorum ad quartum saeculum pertinentium habetur.

Prae ceteris igitur mentem nostram ad se vocat xii<sup>a</sup> epistula, quae est de incendio anni 64<sup>i</sup> et de persecutione. Epistula sic se habet:

Seneca Paulo s. Ave, mi Paule, carissime. Putasne me haud contristari et luctuosum esse, quod de innocentia vestra subinde supplicium sumatur? Dehinc quod tam duros tamque obnoxios vos reatu omnis populus iudicet, putans a vobis effici quidquid in urbe contrarium fit? Feramus aequo animo et utamur foro quod sors concessit, donec invicta felicitas finem malis imponat. Tulit et priscorum aetas Macedonem Philippi filium et post Darium Dionysium, nostra quoque Gaium Caesarem; quibus quicquid libuit licuit. Incendium urbs Romana manifeste saepe unde patiatur, constat. Sed si effari humilitas potuisse humana, quid causæ sit, et impune in his tenebris loqui licet, iam omnes omnia viderent. Christiani et Iudei quasi machinatores incendi affici suppicio solent. Grassator iste, quisquis est, cui voluptas carnificina est et mendacium velamentum, tempori suo destinatus est. Ut optimus quisque unum pro multis donatum est caput, ita et hic devotus pro omnibus igni cremabitur. Centum triginta duæ domus, insulae et quatuor sex diebus arsere, septimus pausam dedit. Bene te valere, frater, opto. Data v kal. Apr. Frugi et Basso consulibus.

(1) V. editionem Lucensem anni 1738 ad annum 66, pag. 607. Animadvertisendum tamen est, Baronium mirabili quadam negligentiæ de his epistulis locutum esse et ex gr. epistulae xii de incendio Neroniano consules tribuisse non qui re vera in ea memorantur, sed qui sunt epistulae precedentis. Errorum igitur comprehendere visus est sibi, qui nullus est.

(2) Lipsiae, 1893.



Castrum, cui Windsor appellatio.

Non esse Senecae hanc epistulam patet ex ipsa voce quae est *reatus*, quam licet iam a Messala in latinam linguam invectam (1), nunquam Seneca philosophus usurpasse videtur. Praeterea cum incendium urbis mense Iulio arserit, ut Tacitus testatur, hic contra epistula fingitur data quinto kalendas Aprilis (2).


Sed etiamsi quarto saeculo facta iudicetur haec epistula, quin ex aliquo vetere fonte notitiae haurerit auctor eius nullum esse dubium potest. Ante omnia incendium urbis ab eo ut causa persecutionis habitum est; quod inter veteres rerum scriptores Tacitus unus animadverterat; nam neque Suetonius nec Cassius Dio nec ipsi scriptores christiani, ut Tertullianus, idem fecerunt (3); aetate insequenti autem Sulpicius Severus eadem sententia scripsit, sed omnia ferme ex Tacito mutuatus. Superest igitur ut auctor epistulae nostrae vel ex Tacito quoque, vel ex altero quodam fonte ignoto nobis hanc partem operis in rem suam derivaverit; at ex Tacito mutuatum esse parum verisimile fit si consideres, non cum eodem congruere notitiam de numero dormitorum et insularum quae incendio arserunt; noster enim numerat centum triginta duas domus, quattuor insulas, Tacitus ait harum rerum numerum inire haud promptum esse, ceterum quattuordecim Romae regionum quattuor tantum integras mansisse, tres solotenus deiectas, septem reliquis pauca tectorum vestigia superfuisse, lacera et semiusta.

Praeterea novum quoddam occurrit in epistula nostra quod dignissimum attentione est, id est autem, cum Christianis Iudeos quoque quasi machinatores incendi suppicio affectos esse. Tacitus de Christianis tantum loquitur; neque ullus veterum, ne Iudaicis scriptores quidem, ut Flavius Iosephus, verba de Iudeis in crimen vocatis fecerunt. Recentiori tantum

(1) QUINTIL. VIII, 3, 34, *De verbis novis*: « Quae vetera nunc sunt fuerunt olim nova, et quedam sunt in usu per quam recentia, ut Messala primus *reatum*, munerarium Augustus primus dixerunt ».

(2) Nomina consulum anni LXIV fuerunt: M. Licinius Crassus FRUGI et C. Laecanius BASSUS. Cfr. TAC. ANN. XV, 33: C. Laecanius, M. Licinius coss.

(3) SUETONIUS de suppliciis Christianorum loquitur c. 16 Neronis vilie, de incendio c. 58. Dio ne unum quidem verbum facit de persecutione. Tertullianus (*Apolog.* c. V) Neronem memorat in sectam Christianorum saevientem, silet de incendio.



Alberti principis, Victoriae reginae coniugis, mausoleum.

aetate nonnulli docti viri, ut Merivale et Schiller (1), opinati sunt tunc Iudeos primum reos a Nerone factos esse, et postea Iudeorum indicio Christianos. Hanc igitur notitiam Pseudoseneca unde hausisse dicendum est? Evidem nescio, at illud adsevero, non ex penu suo eam deprompsisse neque finxisse rem tam gravem, sed in aliquo vetere libro, vel in actis vel in annalibus nunc desperatis, eam legisse et in usum suum derivasse. Aio igitur Pseudosenecam non esse negligendum ab historicis anni sexagesimi quarti, sed inter autores praecipuos esse enumerandum; notitias enim exhibere non ex Tacito ductas sed ex altero quodam fonte item antiquo, cuius omnis memoria extincta est.

F. RAMORINO.

#### ANGLORUM MONUMENTA

VICTORIAM, Anglorum Reginam Indorumque Imperatricem, in superiori numero commemoravimus: imagines hodie nonnullas damus, quae praesentem luctum cum propriis attingant, non ingrata visu fore duximus.

Castrum Windsor nomine suprema mansio iam facta est, ubi aeterna quiete exuviae regales fruentur. Aedes magnificentissimae una vix itineris hora Londino dividuntur, quas Wilhelmus, cui triumphator cognomen, posuit. Verum cum singuli reges aliquid addiderint, immutaverint, instauraverint aut ditaverint, maximum inde paritur advenis invenientibus delectamentum pariterque eruditio, cum tam diuturnae historiae monumenta in unum praebantur collecta. Turris miranda potissimum, mole ingenti, forma rotunda, in circuitu per centum sese volvens metra, in altitudinem ad octoginta erecta. Verum, ut pleraque mediae illius ferreae aetatis oppida tristia multa parietes enarrant. Iacobus I, Scotorum deinde rex, decem et octo annis captivus inibi mansit et reges Anglorum plurimi eius in caveis reconditi sunt, inter quos Henricus VIII, Carolus I et Carolina regalis generis foemina, cuius sarcophagus mira arte praelucet.

Volumus etiam lectorum oculis subiictere ingens quod Manibus Alberti coniugis mausoleum Victoria posuit, inter pulcherrima ferme quae gentes viderint, recensendum. Eminent in platea suo quaeque in angulo posita signa quatuor, Europam, Asiam, Africam, Americamque effin-

(1) MERIVALE, *A History of the Romans under the Empire*, 1862, vol. VI. SCHILLER, *Gesch. der röm. Kaiserzeit*, 1883. Cfr. COEN, in *Atene e Roma*, 1900, pag. 263 et sqq.

gentes. Basis omnis perquam longa facies insculptis figuris exornatur illustrissimorum artificum, novem supra centum sexaginta ad numerum. Homerus adest cithara ludens, Vergilius proximus sequitur, Alligherius deinde, Miltonius, Boccaccius Aliunde Bonarrotius, Donatellus, Cellinius, ceterique renovatae artis peritissimi magistri in marmore renident. Quinquaginta metra et amplius a solo eminent gothicis stilo elatum peristylum, quatuor suffultum columnis, in quo aeneum signum Alberti principis auro fucatum erigitur.

At si advenae Londinum attingenti vix unum visitandi monumentum spatium datum sit, Westmonasterensem abbatiam seligendam illi suademus.

Primus tantae molis nucleus ecclesia fuit anno DCX eodem in loco exstructa, quam binae deinde priora suffixa sequutae sunt, quoadusque, Henrico III rege, hodiernae aedes elatae. Tecta, latinae crucis ad instar disposita, in quadrangulos passus quaquaversus diffunduntur. Faciem gothicam et ipsa more delineatam quamvis heic vel illic pulcram satis atque decoram nulla admiratione advena perspiciet; intus vero latet unde obstupescas. Tot enim usque a saeculis locus ille « Pantheon » quasi Anglicae gentis delectum, regum, reginarum, consulum, imperatorum, oratorum, philosophorum, scriptorum sepulcra omnia in idem monumentum conlata atque digesta. Reges tredecim totidemque reginae inibi adhuc quiescent, thronusque asservatur, quo consenso, ab Eduardii IV usque diebus, Angli reges, ipsaque Victoria, coronam primum suscepere. Throno autem reges plerumque utuntur ordinario Buckingam regali in palatio, quod de more inhabitant, positio in aula ex throno apprime vocata, diuissima ferme, ut lectoribus ipsa miranda prostat.

LAELIUS.

#### PRO BRUTIIS

IN commentarii *Vox Urbis* fasciculo idibus Ianuariis edito ab Alafrido Bartoli scriptas legi Pistoriensis urbis laudes. Civitas ea ferme est quam et gesta suorum eximia et praeteritae sue gloriae monumenta semper ab oblitione defendent. Atqui mihi quoque aliquantulum spatii vestras inter columnas concessum velim, ut regionem hanc, in qua natus sum, Etruria provincia, humanissima gloria vel pulcritudine, haud minorem, tenui meo calamo recolam. Quinimmo iustitiae officium quodammodo expedit ut ipsum mihi concedatis: Brutii enim nostri, etsi apud veteres scriptores parvi plerumque habeantur, ii sunt tamen, qui ad litteras bonasque artes evulgandas praevalidam operam


contulere. deductum, maximi, in vel Brutien Profecto, civili et mi-

Verum vulgavere serentes, qu manu insur (in Biblioth Olympiade, circa Luca paene fugit simque prin et incursion assuefacere acie cum lo evadabant: converti, T in ditionem urbibus, sibi sunt indigen omnes fugit sent ».


Consona qui Brutii resumit. Gr sed tum Ger tempore Gr stophane te sextam aeta lingua Brutii Locrensiuum Turii amiss

Ceterum pugnantiem (lib. XII), e rum tempore T. Menenio qui sedition (Trionta; A eaque loca luere, poste Itaque ante Sybarienses nummorum

Deinceps goedias, co (1) GR



Westmonasteriensis abbatiae prospectus exterior.



"Throni aula,, in Buckingam palatio.

ausoleum.

insculptis figuris  
rem supra centum  
cithara ludens,  
Miltonius,  
atellus, Cellinius,  
gigisti in marmore  
us a solo eminet  
suffultum co-  
ti principis auro

ix unum visitandi  
stmonasteriensem

a fuit anno DCX  
einde priora suf-  
fico III rege, ho-  
ad instar dispo-  
rsus diffunduntur.  
m quamvis heic  
ulla admiratione  
obstupescas. Tot  
neon » quasi An-  
m, consulim, im-  
criptorum sepul-  
ta atque digesta.

adhuq quiescant,  
ab Eduardi IV  
Victoria, coronam  
plerumque utun-  
o, quod de more  
prime vocata, di-  
la prostat.

LAELIUS.

\*\*\*\*\*

is Ianuariis edito  
nsis urbis laudes.  
n eximia et pae-  
ab oblivione de-  
n spatiis vestras  
ionem hanc, in  
ssima gloria vel  
calamo recolam.  
expetit ut ipsum  
si apud veteres  
sunt tamen, qui  
validam operam

contulere. Brutiorum nomen, diversa omnino ex fonte  
deductum, quam Bruti illius romanae libertatis assertoris  
maximi, iniuria ferme Quirites vituperarunt: Brutii enim  
vel Brutientes dicti sunt apud eos servi magistratum.  
Profecto, cum Hannibal parts Brutii sequuti essent,  
civili et militari odio ea existimatio parta.

Verum qui postea supervenerunt scriptores eamdem  
vulgavere calumniam, servilem Brutiorum originem asserentes,  
quippe qui in Lucanos dominos suos armata  
manu insurrexisse. Diodorus Siculus primus haec tradidit  
(in *Bibliothec. histor. libro XVI*, c. V): « Eo tempore (sexta  
Olympiade, Popilio Lenade et C. Manlio CC.) in Italia  
circa Lucaniam colluvio quaedam hominum omnium  
paene fugitivorum a locis variis in unum confluxit pas-  
simque primo Iatrocinabatur: dein et excubias agendo  
et incursionibus crebris aliisque exercitationibus coepit  
assuefacere ad militares ordines servandos. Itaque iusta  
acie cum locorum cultoribus congressi, semper victores  
evadabant: auctisque viribus ad urbium oppugnationem  
converti, Terinam oppidum captum diripuerunt. Postea  
in ditionem suam redactis Arponio, Turriis et aliis aliquot  
urbibus, sibi suam rempublicam instituerunt; vocatiae  
sunt indigena appellatione Brutii, quod eorum plerique  
omnes fugitiivi (*Δράπετοι*) servi, gens nimurum bruta es-  
sent».

Consonat cum his Diodori verbis Strabonis iudicium,  
qui Brutii *ἀποστάτας* vocat, eaque *Iustinianus strictius*  
resumit. Grote deinceps Brutios rurales servos vocavit;  
sed tum Germanis tum Latinis calumniantibus multo iam a  
tempore Grimaldus noster doctissimus respondit (1), Ari-  
stophane teste adducto (quanta quidem ante Olympiadem  
sextam aetate!) qui de lingua Brutia ait «nigra gravis  
lingua Brutia aderat»; Nossideque, Locrensi poëtria, quae  
Locrensum in Brutios victoriam cecinit; denique Alexis  
Turii amissa quadam comoedia, cui titulus *Brutia*.

Ceterum Diodorum ipsum, cum quea retulimus scripsit,  
pugnantum quea supra scripserat oblitum credimus  
(lib. XII), eaque ad antiquiora tempora pertinencia. « Ho-  
rum temporibus (Athenis Lisimachide praefecto; Romae  
T. Menenio, P. Sextio Capitolino consilibus) Sybarienses,  
qui seditionis evaserant caudem, iuxta fluvium Tarenta  
(Trionta; Arenta?) congregati, sibi domicilia exstruxere,  
eaque loca simul commorati, per aliquod tempus inco-  
luere, postea a Brutii inde electi dissipati deletique sunt». Itaque antequam Romanam enarraverit fabulam a Brutii  
Sybariensevi fractos ipse fatetur. Quae adstruunt quoque  
nummorum nostrae regionis monumenta.

Deinceps satis constat anno ab Urbe condita CCCC tra-  
goedias, comoedias aliasque versus primum Romae appa-

(1) GRIMALDI, *Studi archeologici calabrii*. Neap. 1845.

russe. Ab Etruria, Livio auctore, Romani histriones ar-  
cessivere, idque exploratum; sed Livium ipsum legentem  
huic meae sententiae haud contrarium neutiquam fallit.  
Poesim enim latinam Livius Andronicus, Cn. Naevius,  
atque Ennius, quem poësis patrem *Noster Venusinus* ap-  
pellat, primi Roman intuler; atqui tres quos supra dixi  
poetas, in hisce nostris regionibus natos satis liquet. Nam  
Livius Andronicus, Suetonio teste, graecus erat, ut nomen  
etiam ostendit; at ipse e Graecia, potius quam e Magna  
Graecia, quae tota nostra est, oriundus, frustra asseritur.

Ubi enim Romani Magnam Graeciam subegere, quo  
quidem tempore nullum in Graecos bellum moverant, Ro-  
mae Livius Andronicus suas comoedias agebat. Cn. Naevius,  
qui primo bello punico stipendia fecerat, noster fuit,  
Rudiis, apud Calabros (in finitima Apulia?), ut omnes  
fere scriptores tradunt, natus. Romani itaque, hosce poë-  
tas nostros secuti, poësim primum colere cooperunt. Quid  
dixerim si arcata orphica monumenta Sybaritica-Tu-  
riensis ultra adduxerim?

Sed ut res summas recentioresque attingam, com-  
pertum quoque habemus, et hisce nostris regionibus poë-  
sin italicam universam regionem peragrasse; quod plures  
doctissimi scriptores, in primis Muratorius, ac De-Anco-  
nius, fatentur.

Saeculo vero prius quam quod vulgo creditur hoc  
profecto accidit, nec Sicula fuit prius quam Brutia ita-  
lica lingua; ut *Brutiorum-Normannorum regnum Siculo*  
Friderici imperatoris, tempore, virtute antecessit.

Inde, ut omittam Ioachim Abatem, de quo Alligerius:

*Lo calavrese abate Ioachino  
di spirito profetico dotato,*

et multos priorum temporum, Consentia, Brutiorum urbs  
caput, duos Thylesios genuit, Antonium et Berardinum,  
quorum alter perspicuus poëta, alter philosophus novis-  
simus evasit et renovatae humanitatis primus, ut Verula-  
miensis ait; et Martyranum, et Quatrimanum, et veteris,  
nunc mortuae, Academiae Parrhasianaे perillustres scri-  
ptores.

Recentiorum autem quis Vitriolum nostrum Reginum  
latine scribendi peritissimum et B. Zumbinum, Italicorum  
criticorum principem, Consentinum ignorat? Et realis vel  
commenticiae, sive barbarae aut figuratae, quam dicunt,  
poësis asseclas? Vincentium Padulam atque Hierony-  
mum De Rada, prae ceteris meminisse iuvabit.

Heic tamen, ne longior sim, dicendi finem facio; opta-  
tam contigisse metamus ratus, si, quemadmodum spero, in  
nobilitissimam eamque neglectam Italiae regionem lecto-  
rum animos conciliavero.

Scrib. Consentia Brut.

R. PANCARO.

## NOVAE SUMMI PONTIFICIS LITTERAE DE "QUAESTIONE SOCIALI,,

**S**OCIALIS, quae dicitur, quaestio apud omnes gentes late vehementerque agitata, Supremi Christiani Orbis Patris mentem et curas jure ad se traxit, qui non semel de re quid catholicis sentiendum atque agendum esset edixit verbo et scriptis. Additur nunc magni ponderis documentum nuperrimis litteris encyclicis, datis die XVIII superioris mensis Ianuarii, quae priores imprimis revocantes, earum salutares vindicant effectus. Sic enim Ecclesiae auspiciis, « quaedam inter catholicos tum coniunctio actionis tum institutorum providentia inita est in praesidium plebis, tam saepe non minus insidiis et periculis quam inopia et laboribus circumventae. Quae popularis beneficentiae ratio nulla quidem propria appellatione initio distingui consuevit: *socialismi christiani* nomen a nonnullis invectum et derivata ab eo haud immerito obsoleverunt. Eam deinde pluribus iure nominare placuit *actionem christianam popularem*. Est etiam ubi, qui tali rei operam, *socialis christiani* vocantur: alibi vero ipsa vocatur *democratia christiana*, ac *democratici christiani* qui eidem dediti; contra eam quam *socialistae* contendunt *democratiam socialem*. — Iamvero a binis rei significandae modis postremo loco allatis, si non adeo primus, *sociales christiani*, alter certe, *democratia christiana*, apud bonos plures offensionem habet, quippe cui ambiguum quiddam et periculosum adhaerescere existiment. Ab hac enim appellatione metunt, plus una de causa: videlicet, ne quo obiecto studio popularis civitas foveatur, vel ceteris politici formis præceptetur; ne ad plebis commoda, ceteris tamquam semotis rei publicae ordinibus, christianaë religionis virtus coangustari videatur: ne denique sub fucato nomine quoddam lateat propositum legitimi cuiusvis imperii, civilis, sacri, detrectandi».

Inde conscientia officii Pontificis impulit ut controversiae modum imponeret, et quaedam praescriberet, quo amplior fiat bonorum actio, multoque salubrior civitati eveniat.

« Quid *democratia socialis* velit — ita Pontifex scribit — quid velle *christianam* oporteat, incertum plane esse nequit. Altera enim, plus minusve intemperanter eam libeat profiteri, usque eo pravitatis a multis compellitur, nihil ut quidquam supra humana reputet; corporis bona atque externa consecetur, in eisque captandis fruendis hominis beatitudinem constitutat. Hinc imperium penes plebem in civitate velint esse, ut, sublatis ordinibus gradibus aequatisque civibus, ad bonorum etiam inter eos aequalitatem sit gressus: hinc ius dominii delendum; et quidquid fortunarum est singulis, ipsaque instrumenta vitae, com-

munia habenda. At vero democracia christiana, eo nimis quod christiana dicitur, suo veluti fundamento, positis a divina fide principiis nisi debet, insinorum sic prospiciens utilitatibus, ut animos ad sempiterna factos convenienter perficiat. Proinde nihil sit illi iustitia sanctius; ius potiundi, possidendi iubeat esse integrum; dispares tueatur ordines, sane proprios bene constitutae civitatis; eam demum humano convictui velit formam atque indolem esse, qualem Deus auctor indidit. Liquegit igitur *democratiae socialis et christiana communione esse nullam*: eae nempe inter se differunt tantum, quantum socialismi secta et professio christiana legis.

« Nefas autem sit christiana democratiae appellatio nem ad politica detorqueri. Quamquam enim *democratia*, ex ipsa notatione nominis usque philosophorum, regimur indicat popolare; attamen in re praesenti sic usurpanda est, ut, omni politica notione detracta, aliud nihil significatum praeferat, nisi hanc ipsam beneficam in popularum actionem christianam. Nam naturae et evangelii praecelta quia suopte iure humanos casus excedunt, ea necesse est ex nullo civilis regiminis modo pendere; sed convenire cum quovis posse, modo ne honestati et justitiae repugnet. Sunt ipsa igitur manentque a partium studiis variisque eventibus plane aliena: ut in qualibet demum rei publicae constitutione, possint cives ac debeant iisdem stare praeceptis, quibus iubentur Deum super omnia, proximos sicut se diligere. Haec perpetua Ecclesiae disciplina fuit; hac usi Romani Pontifices cum civitatis egere semper, quocumque illae administrationis genere tenerentur. Quae cum sit ita, catholicorum mens atque actio, quae bono proletariorum promovendo studet, eo profecto spectare nequaquam potest, ut aliud prae alio regimen civitatis adamet atque invehat.

« Non dissimili modo a democratia christiana removendum est alterum illud offensionis caput: quod nimis in commodi inferiorum ordinum curas sic collocet, ut superiores praeterire videantur; quorum tamen non minor est usus ad conservationem perfectionemque civitatis...

« Longe pariter absit, ut appellatione democratiae christianae propositum subdatur omnis abicienda obedientiae eosque aversandi, qui legitime praesunt. Revereri eos qui pro suo quisque gradu in civitate praesunt, eisdemque iuste iubentibus obtemperare, lex aequa naturalis et christiana praecepit...».

Quibus statutis Pontifex se sperare ait fore ut quaevis de christiana democratiae nomine dissensio omnisque de re, eo nomine significata, suspicio periculi iam deponatur; et iure quidem sperare. « Etenim, iis missis quorundam sententis de huiusmodi democratiae christiana vi ac virtute, quae immoderatione aliqua vel errore non careant; certe nemo unus studium illud reprehenderit, quod, secundum naturalem divinamque legem, eo unice pertinet, ut qui vitam manu et arte sustentant, tolerabiliorem in statum adducantur, habeantque sensim quo sibi ipsi propiciant; domi atque palam officia virtutum et religionis libere explant; sentiant se non animantia sed homines, non ethnici sed christianos esse; atque adeo ad unum illud *necessarium*, ad ultimum bonum, cui natum sumus, et facilius et studiosius nitantur. Iamvero hic finis, hoc opus eorum qui plebem christiano animo velint et opportune relevatam et a peste incoludem socialismi...».

De officiis virtutum et religionis consulto mentionem se inieccisse Pontifex affirmat. Quorundam enim opinio est, quae in vulgo manat, *questionem socialem*, quam aiunt, *oeconomicam esse tantummodo*: quum contra verissimum sit, eam moralem in primis et religiosam esse, ob eamdemque rem ex lege morum potissime et religionis iudicio dirimendam. Esto namque ut operam locantibus geminetur merces; esto ut contrahatur operi tempus; etiam annona sit vilitas: atqui, si mercenarius eas audiat doctrinas, ut assolet, eisque utatur exemplis, quae ad exuendam Numinis reverentiam allicant depravandosque mores, eius etiam labores ac rem necesse est dilabi. Periclitatione atque usu perspectum est, opifices plerosque anguste misereque vivere, qui, quamvis operam habeant breviorem spatio et uberiorem mercede, corruptis tamen moribus nullaque religionis disciplina

vivunt. Deme animis sensus, quos inserit et colit christiana sapientia; deme providentiam, modestiam, parsimoniam, patientiam ceterosque rectos naturae habitus: prosperitatem, etsi multum contendas, frustra persequare. Id plane est causae, cur catholicos homines inire coetus ad meliora plebi paranda, aliaque similiter instituta invehere. Nos nunquam hortati sumus, quin pariter moneremus, ut haec religione auspice fierent eaque adiutrice et comite.

« Videtur autem propensa huic catholicorum in proletarios voluntati eo maior tribuenda laus, quod in eodem campo explicatur, in quo constanter feliciterque, benigno afflato Ecclesiae, actuosa caritatis certavit industria, accommodate ad tempora. Cuius quidem mutuae caritatis lege, legem iustitiae quasi perficiente, non sua solum iubemur cuique tribuere ac iure suo agentes non prohibere; verum etiam gratificari invicem, non verbo, neque lingua, sed opere et veritate; memores quae Christus peramanter ad suos habuit» (1). Ad quae documenta caritatis utraque ex parte, et animae et corporis bono, probandae, addidit Christus de se exempla, ut nemo ignorat, quam maxime insignia (2). Traditam autem ab eo caritatis disciplinam « Apostoli primum sancte naviterque coluerunt; post illos qui christianam fidem amplexi sunt, auctores fuerunt inveniendae variae institutorum copiae ad miseras hominum, quaecumque urgeant, allevandas. Quae instituta, continuis incrementis proiecta, christiani nominis parvae inde humanitatis propria ac praeclera sunt ornamenta, ut ea integri iudicij homines satis admirari non queant, maxime quod tam sit proclive, ut in sua quisque feratur commoda, aliena posthabeat.

« Neque de eo numero bene factorum excienda est erogatio stipis, eleemosynae causa; ad quam illud pertinet Christi: *Quod superest, date eleemosynam*. Hanc scilicet socialistae carpunt atque et medio sublatam volunt, utpote ingenitae homini nobilitati injuriosam. At enim si ad evangelii praecripta, et christiano ritu fiat, illa quidem neque erogantium superbiam alit, neque affert accipientibus recundiam. Tantum vero abest ut homini si indecora, ut potius foveat societatem coniunctionis humanae, officiorum inter homines fovendo necessitudinem. Nemo quippe hominum est adeo locuples, qui nullius indiget; nemo est egenus adeo, ut non alteri possit qua re prodesse: est id innatum, ut opem inter se homines et fidenter poscant et ferant benevolē. — Sic nempe iustitia et caritas inter se devinctae, aequo Christi mitique iure, humanae societatis compagem mire continent, ac membra singula ad proprium et commune bonum providerenter aduentur.

« Quod autem laboranti plebi non temporariis tantum subsidiis, sed constanti quadam institutorum ratione subveniatur, caritati pariter laudi vertendum est; certius enim firmiusque egentibus stabit. Eo amplius est in laude ponendum, velle eorum animos, qui exercent artes vel operas locant, sic ad parsimoniam providentiamque formari, ut ipsi sibi, decursu aetatis, saltem ex parte consulant. Tale propositum, non modo locupletum in proletarios officium elevat, sed ipsos honestat proletarios; quos quidem dum excitat ad clementiorem sibi fortunam parandam, idem a periculis arcit et ab intemperantia coerget cupiditatum, idemque ad virtutis cultum invitat. Tantae igitur quum sit utilitatis ac tam congruentis temporibus, dignum certe est in quo caritas bonorum alacris et prudens contendat».

Reliqua litterarum pars eo peculiariter spectat, ut in tanti momenti re una eademque sit catholicorum hominum mens, una eademque voluntas et actio. Eorum prae-sertim advocatione esse benignam operam docet Pontifex, quibus et locus et census et ingenii animique cultura plus quiddam auctoritatis in civitate conciliant: « res nempe clamat, vehementer clamat, audentibus animis opus esse viribusque coniunctis; quum sane nimis ampla aerumnarum seges obversetur oculis, et perturbationum exitialium impendat, maximē ab invalescente socialistarum vi, formidoloso discrimina. Callide illi in

sinum invadunt civitatis: in occultorum conventuum te-nebris ac palam in luce, qua voce, qua scriptis, multitudinem seditione concitant; disciplina religionis abiecta, officia negligunt, nil nisi iura extollunt; ac turbas egenitum quotidie frequentiores sollicitant, quae ob rerum angustias facilius deceptione patent et ad errorem rapiuntur. Aequae de civitate ac de religione agitur res; utramque in suo tueri honore sanctum esse bonis omnibus debet.

« Quae voluntatum consensio ut optato consistat, ab omnibus praeterea abstinentiam est contentionis causis, quae offendant animos et disiungant. Proinde in ephemeredum scriptis et concionibus popularibus silent quamdam subtiliores neque ullius fere utilitatis quaestiones, quae quum ad expediendum non faciles sunt, tum etiam ad intelligendum vim aptam ingenii et non vulgare studium exposcent».

Sit insuper catholicorum actio consociata, et, una eademque primaria vi dirigente et movente in singulis orbis regionibus, procedat auspicio et ductu Sacrorum Antistitum temperata; socii sint atque adiutores certis finibus religiosi viri; ita ut « recta et concordi et progrediente catholicorum omnium opera, eo pateat illustrius, tranquillitatem ordinis veramque prosperitatem in populis praecipue florere, moderatrice et fautrice Ecclesia; cuius est sanctissimum munus, sui quemque officii ex christianis praeceptis admovere, locupletes ac tenues fraterna caritate coniungere, erigere et roborare animos in cursu humana rerum adverso».

Denique praecripta et optata Patris amantissimi hortatione ea confirmantur Pauli Apostoli ad Romanos (XII, 1-17), plena apostolicae caritatis: « Obsecro vos... Reformamini in novitate sensus vestri... Qui tribuit, in simplicitate; qui praeest, in sollicitudine; qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Oientes malum, adhaerentes bono: Caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes: Sollicitudine non pigris: Spe gaudentes; in tribulatione patientes; orationi instantes: Necessitatibus sanctorum communicantes; hospitalitatem sectantes. Gaudere cum gaudientibus, flere cum flentibus: Id ipsum invicem sentientes: Nulli malum pro malo reddentes: Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus».

Haec novi Pontificiae sapientiae monumenti summa; spatii enim angustiae impedierunt quominus, uti par erat, integrum referremus.

FORFEX.

CHRONOLOGIA CHRISTI DOMINI

**Q**UUM de Natali Christi die disseruerim, obvium est ut subsequentia tempora illi quasi imposita cardini digerantur. Itaque praenotatum volo et admonendum censeo, me de annis, qui dicuntur, vulgaris aevi, scribentem numerare semper annos iuxta Fastos Consulares, et Gregoriano Calendario semper gerere morem. Hinc si quis error in digerendo tempore, Iuliano Calendario imputabitur, et si quid minus congruum, Varronianis culpa erit annis; hic enim computationem notavit et retulit. Quod vero ad me attinet, hoc unum esto, ut ab annis Consularibus nemo aberret. Hinc ubi ego scripsero: vigesimam-quartam vel vigesimam quintam Decembri mensis diem anni ab U. c. 753, Moschi et Graeci et qui cum iis legent: quintam vel sextam mensis Ianuarii diem anni ab U. c. 754. Quod quam grave sit nemo non videt; nam non solum a mense in mensem alium dilabimur, sed ab anno in annum alium, quod gravissimum est. Ut ergo fraus omnis absit, hoc esto unum, et configatur quasi clavus aheneus: annus aetatis Christianae primus habetur Coss. Julio Caesare et Aemilio Paulo.

Alterum autem grave pariter, neque tamen simile primo, praenunciandum mihi, nempe de initio temporis. Nondum enim senuimus, ac tamen ter diei

(1) IOAN. XIII, 34-35; MATTH. XI, 5; XXV, 35-36.

(2) MARC. VIII, 2; ACT. X, 38.

exordium  
pueritiae,  
initio nocti  
batur hora  
tam sequen-  
tia  
id est quoti-  
proprios pri-  
ramus pri-  
ridies hora  
inde duode-  
unde rursum  
tibus horis  
terrogaretu-  
quo argum-  
diae nocti  
Nullum qui  
ridianas a  
guebat, qui  
donum, divi-  
subito nova  
dimidia no-  
subsequenti  
vespertinas  
Idque bono  
Orbis in lu-

Hic autem  
sapiencia, qu  
nime dogma-  
tione iussis-  
et praeceper-  
esse finem  
Quinimo ita  
quibuscum s  
nocte in tem-  
illud Davidis  
tendum man-  
laudem dixi  
sub nocte ex-  
succedentis  
saeculum clau-  
piis preces  
piis precibus  
mentis huma-

Sed ad e  
Anno 42° a  
Planco, et Ma  
in regione I  
Hic autem a  
tice » congru  
annus natalis  
Cassio Corne  
minime 754  
et Marco Pl  
Caius Caniniu  
a Baronio tra  
aliquid irre-  
secundus O  
bellum, C. V  
initium Chri  
nativitatem C  
Domini Chri  
tempore una  
24<sup>th</sup> et 25<sup>th</sup> m  
dita 753, iux  
certioresque  
dum annis; f  
fide historica

Quapropter  
Decembres,  
spillone cons  
ab originali

alorum conventuum te-  
ce, qua scriptis, multi-  
disciplina religionis abiecta,  
scollunt; ac turbas egen-  
tant, quae ob rerum an-  
et ad errorem rapiuntur.  
ne agitur res; utramque  
e bonis omnibus debet.  
ut optato consistat, ab  
est contentionis causis,  
gant. Proinde in eph-  
popularibus sileant que-  
e utilitatis quæstiones,  
faciles sunt, tum etiam  
enii et non vulgare stu-

o consociata, et una ea  
novente in singulis orbis  
ductu Sacrorum Anti-  
adiutores certis finibus  
oncordi et progrediente  
ateat illustrius, tranqui-  
litatem in populis pra-  
trice Ecclesia; cuius est  
ue officii ex christianis  
ac tenues fraterna cari-  
care animos in cursu hu-

Patris amantissimi hor-  
Apostoli ad Romanos  
tatis: « Obsecro vos...  
vestri... Qui tribuit, in  
citudine; qui miseretur,  
ione. Odientes malum,  
nitätis invicem diligen-  
ti: Sollicitudine non pi-  
one patientes; orationi  
m communicantes; ho-  
cum gaudentibus, flere  
sentientes: Nulli malum  
bona non tantum coram  
hominibus ».  
ae monumenti summa;  
quominus, uti par erat,

FORFEX.

## ISTI DOMINI

dissuerim, obvium  
ora illi quasi imposta  
notatum volo et ad-  
is, qui dicuntur, vul-  
e semper annos iuxta  
o Calendario semper  
or in digerendo tem-  
pit, et siquid minus  
rit annis; hic enim  
t. Quod vero ad me  
annis Consularibus  
ripsero: vigesimam  
in Decembri mense  
hi et Graeci et qui  
tam mensis Ianuarii  
am grave sit nemo  
mense in mensem  
annum alium, quod  
nis absit, hoc esto  
us aheneus: annus  
Coss. Iulio Caesare

, neque tamen si-  
i, nempe de initio  
s, ac tamen ter diei

exordium recordamur mutatum. Fuit enim tempus  
pueritiae, quo dies a lucente vesperi, scilicet ab  
initio noctis, a sono « Ave Maria » prima exordie-  
batur hora, et, sic decurrentibus, ad vigesimam quar-  
tam sequentis diei redibat, integrumque diei spatium,  
idest quotidiana revolutionis Orbis terrarum circa  
proprios polos, complebat. Adolescentiam attige-  
ramus primam, et funditus tunc facta mutatio. Me-  
ridies horam duodecimam a dimidia nocte notabat; inde  
duodecim horae ad dimidium noctis ferebant;  
unde rursus a duodecima hora duodecim subsequen-  
tibus horis reditus in meridiem. Quaero, si quis in-  
terrogaretur unde initium diei hauriret, qua causa,  
quo argumento, quo iure meridianam horam dimi-  
dia nocti præferret, dimidium noctis meridiem? Nullum  
quidem discriminem, nulla præstantia antime-  
ridianas a pomeridianis decorabat horas ac distin-  
guebat, quum pares iisdem tenebrarum ac luminis  
donum, divisio, vices. Iamque assueveramus, quum  
subito nova est orta mutatio, quae diei principium a  
dimidia nocte promittit, atque in totum fert spatium  
subsequentis lucis, tum per incréscentes tenebras  
vespertinas usque ad tenebrarum apicem deducit.  
Idque bono iure; nam tunc incipit dies quando motus  
Orbis in lucem incipit.

Hic autem lectores ut considerent volo quanta  
sapientia, quantaque doctrina etiam in iis, quae mi-  
nime dogmata contingunt, Ecclesia Romana, traditione  
iussisque Apostolorum imbuta, optimum duxerit,  
et præceperit ab exordio, dimidium noctis habendum  
esse finem prætereuntis iam diei, initium surgentis.  
Quinimo ita in solemnibus cavit suis, ut Regulares,  
quibuscum saecularia minus potuere negotia, media  
nocte in templum psalmos recitaturi venirent, iuxta  
illud Davidicum: « Media nocte surgebam ad confi-  
tendum mandata tua », et iterum: « Media nocte  
laudem dixi Tibi ». Quam rite ergo, quam scite, media  
sub nocte excedentis mensis Decembri an. 1900, et  
succendentis Ianuarii mensis 1901 sacris solemnibus  
saeculum clausum est xix, traditumque aeternitati per  
pias preces Christo reconciliatum, et xx apertum  
piis precibus, futura miserrimarum gentium, et ge-  
mentis humani generis Christo commendando!

Sed ad ea, quae nobis proposuimus, veniamus.  
Anno 42<sup>a</sup> ante Christum consulibus L. Munatio  
Planco, et Marco Aemilio Lepido (II) Cassius et Brutus  
in regione Macedonum Philippi profligati periere.  
Hic autem annus in Fastis Consularibus « mathemati-  
ce » congruit cum anno 712 ab Urbe condita. Hinè  
annus natalis Christi 753<sup>us</sup> ab U. c. habetur coss.  
Cassio Cornelio Lentulo, Lucio Calpurnio Pisone,  
minime 754 consulibus Octaviano Augusto (XIII)  
et Marco Plautio Silvano, cuius in locum suffectus  
Caius Caninius Gallus est. Quoad enumerationem vero  
a Baronio traditam, non in consilium, sed in numeros  
aliquid irrepisse arbitror; cum ipsi quadragesimus  
secundus Octaviani annus incipiat post Mutinense  
bellum, C. Vibio Pansa et A. Hirtio coss: atque hinc  
initium Christianae aetatis integro præcedat anno  
nativitatem Christi Servatoris, cum contra et Natalitius  
Domini Christi dies et aevi Christiani initium eodem  
tempore una exordiantur, scilicet dimidia nocte inter  
24<sup>m</sup> et 25<sup>m</sup> mensis Decembri diem anni ab Urbe con-  
dita 753, iuxta Consulares Fastos, qui mihi potiores  
certioresque sunt annis a creatione, et ipsis Olympia-  
dum annis; habeo enim domi traditam religione et  
fide historica consulum aetatem, seriem, et ordinem.

Quapropter anno ab Urbe condita 753, vi id.  
Decembres, C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Ve-  
spillone-consulibus, habetur Conceptio Immaculatae  
ab originali labe Virginis.

Nativitas eiusdem anno U. c. 736, vi idus Sep-  
tembres, P. Corn. Lentulo, G. Corn. Lentulo coss.

Post hos autem dies concepit Elisabeth, Zachariae  
uxor, an. 752, 24<sup>m</sup> mensis Septembris die.

Concepit Maria de Spiritu Sancto an. 753, xi ca-  
lendas Aprilis, coss. Lentulo et Pisone, qui mox  
sequentur.

Nascitur Exspectatio gentium, Redemptor Mundi,  
cuius regni non erit finis, ix cal. Ianuarias a. U. c. 753,  
coss. Cornelio Lentulo et Lucio Calpurnio Pisone.

Absolvitur annus, qui exorditur cum Christo et  
initio aevi Christiani anno U. c., inter 24<sup>m</sup> et 25<sup>m</sup>  
mens. Decembri dies, 754.

Transitus Virginis a mortali vita anno U. c. 801,  
ix cal. Ianuar., consulibus Caio Cesare et Lucio  
Aemilio Paulo.

Anno ab U. c. 691, ix cal. Octob., coss. M. Tullio  
Cicerone, Caio Antonio Nepote, Augustus nascitur.

Anno xv imperii Tiberii Caesaris ab U. c. 782,  
consulibus Caio Rubellio Gemino, Caio Fusio Ge-  
mino, Iesus Christus erat quasi incipiens annorum xxx  
et in Iordan baptizatus est.

Passio et mors Christi consulibus Servio Sulpitio  
Galba, Lucio Cornelio Sulla; suffectis, Lucio Salvio  
Othon, Vibio Marso (secundum Consulares Fastos,  
quibus annus incipit primo mensis Ianuarii die); qui  
April mense emisit spiritum.

Haec mihi rei summa, et hic finis. Aliquid in  
opus hoc erit ubi de Danielis prophetia fiat eluci-  
bratio, in quam incumbo. Nunc notare liceat auctores,  
qui Lucae graecum textum assumunt ita ut « quasi  
incipiens annorum triginta » legant: « uno ac triginta  
annis natus », perperam facere. Et quid sentiendum  
de iis, qui natum dicunt anno ab U. c. 747, emittentem  
spiritum anno U. c. 782, anno aetatis eius quinto ac  
trigesimo, idest tribus antequam prædicaret annis,  
atque ipso anno xv Tiberii Caesaris, quo « lavaca  
puri gurgitis - caelestis agnus attigit », et in Unitate  
Trinitas revelata est?... Haec hodie, ne concessio  
spatio excedamus.

Cerchiara in Calabria.

PETRUS ALEXANDER MARIA ROVITTI  
e conditoribus Astronomicae Academiae in Gallia.

## HORAE SUBSECIVAE

## In pueruli mortem matris lamentatio.

(Ex ital. M. RAPISARDI).

Parvule rex, solis qui aurato e limine promptus,  
Ut flos in matris decideras gremium,

Heu! lugelque manetque thronus viduatus Amoris,  
Rege carent cordis que tibi regna dedi.

Quo, fragili cymba, sola sub nocte pererrars,

Navila, quas tristes findis ineptus aquas?

Qui cor, qui gremium matris ditione tenebas,

Nec cor, nec gremium dulce fovebis, amor?

Nonne vides tumidum ut mare sit, nigrasque per auras

Mugiat ac gelido flamine spiret biens?

Nullus in orbe locus maternis tutior ulnis:

O repele hunc matris, dulcis ocella, sinum.

Quid me, care, fugis? me, me citus arripe cymba;

Per Stygos veniam, te comitante, lacus.

Quae sceptrum tribui, que sum tibi mater honorque,

Non ubi mi recubem est, non ubi mi moriar.

ANTONIUS GALIERO.



## COMMUNIA VITÆ

Per aequam glaciem abeundi ratio.

Q UAE a calendis Ianuariis fuere ad idus dies, haec  
tum Borealis ventis, tum nivium copia, tum  
glacie altissima ita in tepido quavis regione singulare  
factae sunt, ut memoriam hominum quocumque simile  
excesserit, et concreta gelu terrae pariter lacusque ob-  
duruerint. Nec alia a ceteris fortuna fuit Romani vicinii,  
et qui praesertim, nascentibus aquis obruti, soli sinus adhuc  
Etruso vocabulo tot saecula vincente maranae appellan-  
t, dominanti glacie morem gesserunt, et solidissi-  
mae crystallo similes constiterunt.

Ego (quis mihi vel culpae vel vitio vertat?) morbum  
aeris intemperie conceperam, quo domi tepido in  
conclavi fere non sponte morarer, obseratas praeter nares,  
cetera sanus; medicique superbius imperantis iussa fre-  
gissem, nisi amicorum series me quotidie per horas vi-  
sitatura suavi solata esset colloquio, et Aesculapianum  
carcerem libertate mihi gratiorem fecisset. Quibus in  
sermocinationibus non modo pulchra fuerunt; sed et gravia,  
quaes ad linguam nostram pertinerent, delata sunt.

Aroldus in his princeps erat, Suevus genere, latinis  
rebus, a sermone ad historias monumentorumque Roma-  
norum rudera, fide magna iamdiu haerens, et post hunc  
Forfex ille, quem vos lectores probe noscitis; nos au-  
tem Vocis Urbis scriptores Aristarchum acerimum ple-  
rumque experimur. Nescio quid nugarum agitabamus,  
totique eramus in illis, cum ex America Olphantius  
quidam Canadensis, supervenit... invisurus niene?... Ne  
credatis! Invitatus ut una extra Nomentanam port-  
tam, transque pontem progrediremur; ibi quippe plures  
ex optimatibus tum exteris tum nostratis futuri erant  
spectatum, atque ut spectarentur; magnus enim ludus  
viandi sine gressu per obstructum gelu lacum quaqua-  
versus offerebatur. Res ita futura, ut Suevis, Romanis, Ameri-  
canis, Anglis, Germanisque digna oculis haberetur; gens  
autem, quae in ipso et actura luderet, et circumspectura  
consisteret, assueta ludo, casibusque vicibusque quam-  
plurimis.

Tunc ego, ut morae impatientem Olphantium ali-  
quantulum tenerem: — Dic, sodes, assueta gens ludo,  
casibusque quamplurimis! Pulcre, bene, recte!,  
addam et: belle!, si lubeat; sed quaero abs te, nisi me  
alphabetus sefellerit, utrum vera sint, quae legi in dia-  
ris?... — Et mihi Olphantius præceps: — Et quena?...  
Sed quid ad me?... Quid ad nostra sunt illa, quae po-  
stulas?

Ego autem magna cum pace, et arte cunctans, ut ille  
excandesceret: — Quia legi in huiusmodi Iudis saepe  
occurrere casus, qui reapse sunt casus, atque casus tales,  
ut Nominativus in Accusativum vertatur, immo interdum  
in Ablativum decurrat, quo longius nulli hominum abire  
fas est.

Attonitis ille me oculis intueri, perque adstantes viros  
dubios oculos circumferre; qui, credo, me pitui-  
tosum putantes repentina febri corruptum in vaniloquia  
aberrare, ancipes et ipsi modo in me, modo in Oli-  
phantium, modo ad invicem obtutum ferebant atque te-  
nebant.

Inde ipse prosequutus sum, non mediocriter admira-  
tione diversisque demirantium iudicis delectatus: — Legi  
mper in ephemeride homines in concreto glacie flumine  
« rotatis calceis » usos decucurisse, hoc tamen laudabili  
exitu, ut cum in levem delapsum aquarum, quae uti erant  
pronae subito obduruerant gelu, pervenissent, per pronam  
lapsi sunt glaciem fractaque capita, brachia, crura, fe-  
mora retulerunt, et miserabilis ruina super gelu iacuerunt  
in lamentis, donec auxiliatura turmae ex oppido descen-  
derunt, et partim in nosocomia, partim domos portave-  
runt; partim, cur taceam?, in mortuorum conclave, si-  
quidem nonnulli inter eos, ut ait Livius, sunt facti mortales.

— At apud nos — Olphantius addebat — cum de lacu  
agatur, cum sermo sit, cum res habeatur in palude, quae labi  
nescia est, nihil declive est, nihil pronum, nihil præceps,  
sed in aequo sunt omnia; quapropter nihil de casu...  
Ah! nunc intelligo iocum. Luseras inter casus declina-

tionum latinarum, et casus, qui a verbo « cado » nomen habent; qui igitur domo processerant animo agendi, huiusmodi quippe Nominativo natura est, domum reversi sunt male mulcati et patientes, quod Accusativo convenit, qui casus est patiens.

(*Ad proximum numerum.*)

H. DE VECCHI PIERALICE.

## ANNALES

**Anglicum et Germanum renovatumne foedus?** — Sinenses res — Transvaaliana praelia — Persica et Americana bella — Milanus, Serborum quondam rex, vita functus.

**Q**UAE mox Anglorum urbs caput se vidisse me morat iusta eaque solemnissima funebria Victoriae Reginae sua persoluta non una miranda visa sunt. Nam praeter opinionem praeterque auspicia id contigit maxime ut Wilhelmus Germanorum Caesar, qui morienti aviae adstitit cito, Anglorum animos a rege usque ad humillimum Londini incolam, mox iam infensos adversosque, optime captaverit. At regi praelestum Eduardo acceptum ita Caesaris obsequium fuisse dicunt, ut Regem inter et Imperatorem ex diuturnis colloquiis his diebus habitis novum foedus exortum plerique credant, cuius vim fore ut Sinenses et Transvaaliani bellatores proxime experiantur.

\*

In Sinis autem imperiali edicto iam constitutum est ut Yu-Sien capite plecteretur, Ci-nang sibi mortem adscisceret, Ciao-su-ciao ac Tung-fu ordine suo expoliarentur, Cang-ci, Li-scienc-kiang vita iam functis funebria non redderentur. Paulo post Li-hung-chang sua ipse vice ex hac vita migrasse exceptimus, quod tamen num verum sit adhuc latet. Ferreum iter Han-kow ex urbe ad Pechini moenia redintegratum Delcassè Gallicis patribus declaravit; dum Waldersee scribit Trotha ducem eiusque agmen ad Yang-fang per montana occidentis loca pervenisse, unde Schan-kai-kuan in provinciam deinde descenderet omnia circum lustraturum. Quae cum iam accidissent, convenerunt iterum ut de pace statuerent exterarum gentium legati. Verum tot comitiorum uberior adhuc fructus desideratur. Audimus tamen constitutum concordi consilio ut tabulae proscribantur, nomina magistratum ferentes quos acri poena damnari nostrae gentes expetunt.

\*

Boeris eadem semper constantia dignaque tanta fortitudine fortuna. Dewet in Anglicam coloniam discentem, quo perget quotidie ignorant Angli, at quotidie pariter eius agminum impetum modo hic modo illic sustinent. French, anglico equitatu praefectus, orientalem Transvaalianam regionem lustrat, inque Wilze valle cum hostibus arma commisit, atque loco cedere eos vidiit. Sed Boeri instructa legione Lusitanam coloniam pervaserunt, utpote Anglis nimis faventem, quare praecipuum Anglorum conamen septem agminibus instructis, ut orientales illas regiones ab hostibus tueantur mox spectat. Herzog denique, notissimus alias Boerorum dux, in Anglorum ipsa colonia equorum pecudumque gregem maximum secum abripuit, Petersburg urbis praesidium Boeris circumvenientibus arma tradidit: urbem autem, hostibus abeuntibus, iterum Anglicam auxilia nimis sero supervenientia occuparunt.

\*

Bellica ex Persici quoque sinus litoribus his diebus resonarunt. Ben Rascid enim, qui regem sese edixe-

rat exercitumque viginti millia militum collegerat, ex Koveit senioribus opposito equitatu decem milium equitum fusus est, opimaque sua spolia victoribus praedam reliquit.

\*

In America Venezuela respublica civili bello pesundatur; quamquam Venezuelanii milites perduellum copias ad Panama locum disperserint; eadem vero de caussa inimicitiae augentur quotidie inter Venezuelam et Nordicas foederatas civitates, dum Loomis huius administer, qui extera negocia gerit, edictum Senatus mandato Venezuelanis de bello prompte sedando ultro misit.

\*

Sed et milites Americani quoque in Philippino bello versantes indomita incolarum constantia, aërisque pernicie, nimioque labore belli male quotidie multantur, et febri pessima correpti haud raro vitam amittunt. Quotidianae inde reipublicae praesidi litterae mittuntur, ut Philippinis insulis libertas redatur exercitusque cito revocetur in patriam. Votum aliquando erit acceptum?

\*

Vindobonae III id. Febr. mortem fere repentinam obiit Milanus, Serborum quondam rex, cuius publicis et privatis peccatis ut nubes obiciatur miseratione impellit.

POPULICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

**I**N Austria, imperiali lecta oratione, nova sessio iterum inaugura est coram utroque tum nobilium, tum municipi coetu. De Humberti regis nece, de Victoriae reginae morte vehementi affectu Franciscus Iosephus dixit, deinde legatos patresque enixe invitavit, ut in populi bonum constanti et concordi animo collaborarent.

In Civitatibus foederatis Americae septentrionalis Mac-Kinley praeses rogationem de copiis iterum instaurandis atque instruendis mox sua manu signavit.

In Gallia coram Senatu de expensis in militares copias terra marique erogandis disputatum est. Mercier dux de paranda consilio et armis via, qua forte Gallici milites in Angliam appellant, fusa loquutus est, cui Lanessan, navalibus copiis praepositus, maximis plausibus respondit. Coram municipibus de iure sodalitii legibus exercendo adhuc rogatio expenditur.

In Germania coram Borussorum comitiis Bulow, imperii cancellarius, Hasse, populi legato, fusa oratione respondit, ut Caesarem suum tueretur ab incusationibus, quas, arrepta occasione ex Anglo et Transvaaliano bello, ille admoverat. De expensis in agrorum cultum augendum erogandis habita deinde disceptatio.

In Italia sumpta occasione ex desertione baiolorum, qui in Ianuensi portu adlaborabant, vehementissimae irae in administris excitatae: cumque post longam disceptationem ad suffragia ventum est, administratorum opera viuperata. Qui proinde munus suum reliquerunt.

In Rumenia Carp, qui aerario praerat, sese munere abdicante socii eius quoque suum quisque officium deseruere. Innovandi administratorum collegii rex Georgio Cantacuzeno munus commisit.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

Il Gianicolo, luogo della crocefissione di san Pietro. Osservazioni di Mons. G. B. LUGARI. — Romae, ex off. Perseveranza, 1900.

— Petro ubinam Crux? — Praesul I. B. Lugari, eruditissimus vir, librum iam edidit gallico idiomate scriptum,

in quo de loco, ubi Petrus Apostolus crucifixus fuit, docto suo more disseruit, illumque probavit non in campo Vaticano ad circum Neronis, sed in Monte Aureo, hoc est in Ianiculo, cruci traditum. Opus aliud italicum sermonem conscribens in rem luculentissimis locupletatum argumentis nuper edidit, quod quidem et confirmationis instar habendum est, et quasi operis primi cumulus simul et corona.

In primo enim libro, qui Tours ex off. A. Mame et F. praelo datus est, contra eos, qui novam sententiam moliti sunt traditioni repugnantem, clar. vir sententiam suam optime 1º ostendit ex eo quod in Ianiculo qui magicis artibus navarent operam, qui rei cederentur quod sacra, impia, nocturnave fecissent, facienda curassent, supplicio darentur; 2º ex causa titulo, quae communis communi poena plectebatur; 3º ex testimonio sanctorum Patrum, et ex relatis eorum, qui hac de re scripserunt. Sic Acta Apostolor. Petri et Pauli, sic *Liber Pontificalis*, sic monumenta, traditio, quasi totidem acies, instruuntur. Ultima libri pars in eo tota erat ut everteret, quae adstruebant ii, qui Petrum in campo Vaticano occisum tuerentur. Nunc autem cum opponerent itineraria adventantium Romanum peregrinorum, haec ultima propugnacula aduersariorum adortus, felici quatit impetu, et subruit atque subvertit. Quam pulcre de Salisburgensi, ac de Einsiedlensi agit! Meridiana luce singula rorantur, et veritas emicat inde atque eminet triumphalis. Addit vetustissimas Urbis topographias; addit traditionis testimonia; addit *Libri Pontificalis* documentum lance pensatum; addit quae assertum contra omne subruunt; addit omnia deinde quae Ianiculo gloriam tanti martyri vindicant.

Haec operis, quod scriptor suscepit, summa est et compendium; ex quo brevitas, quibus claudimur legibus, procurrere fas non est nobis; quinimo, si forte vellemus, haud facile foret negotium.

Hoc unum itaque est mihi Romano dicendum: Macte vir!, et esto!, qui romanam traditionem non quassas, sed vigil diligis, atque tueris.

H. P.

## AENIGMATA

I.

Est *caput* in *Divis*, cui *sacra* est *integra* *virgo*.  
Effugiat *caudam* qui timet *invidias*.

II.

Cum *prior* est *moerens*, *praebet* quod *recreat* *alter*.  
Temperat in *toto* *strenuus* a *lacrimis*.

DIGAMMA.

**E**x sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus, cui titulus:

M. TULLII CICERONIS  
ORATIO PRO T. A. MILONE  
Curante A. CRINQUINI.

Aenigmata a. III, n. XXIV proposita his respondent:

1) Neque intus neque foris. 2) A-edon.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Roma — Guil. Schenz, Ratisbona — H. A. Strong, Liserpalo — Fr. Sallarés Sch. Piar., Sabadello — F. Arnori, Mediolano — Car. Stegmüller, Sabaria — A. Burg, Argentorato — Ios. Walter, Neo Eboraco — Vinc. Starace, Neapol — M. Vidal, Palma, in insula Maiorica.

Sortitus est praemium

F. ARNORI,

ad quem missum est opus, cui titulus:

PLINII EPISTOLAE  
Edid. Keil (Lipsiae, ex off. Teubneriana).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex Officina Forzani et Socii.

icifixus fuit, docto  
on in campo Va  
te Aureo, hoc est  
italico sermone  
letatum argumen  
tationis instar ha  
ulus simul et co  
  
off. A. Mame et F.  
a sententiam mo  
sententiam suam  
culo qui magicis  
entur quod sacra,  
ne curassent, sup  
e communis com  
nio sanctorum Pa  
re scripserunt. Sic  
ver Pontificalis, sic  
s, instruuntur. Ul  
eret, quae adstrue  
occisum tueren  
aria adventantium  
opugnacula adver  
et subruit atque  
nsi, ac de Einsie  
rorantur, et ve  
halis. Addit vetu  
ditionis testimonia;  
ce pensatum; addit  
addit omnia de  
artyrii vindicant.  
summa est et com  
dimur legibus, pro  
orte vellemus, haud  
o dicendum: Macte  
m non quassas, sed  
H. P.

A

tegra virgo.  
ias.

uod recreat alter.  
rimis.

DIGAMMA.

natis interpre  
em miserint intra  
s accipiet opus,

IS  
ILONE

his respondent:  
2) A-edon.

bona - H. A. Strong,  
llo - F. Arnori, Me  
Burg, Argentorato -  
Neapoli - M. Vidal,

3  
neriana).

i, iurisperitus.

t Socii.

## PER ORBEM

**S**i quae fata pararunt his diebus insolita ac  
solemnia utique omnia enarranda mihi es  
sent, epicis vix carminibus tantum perficerem mu  
nus divinisque numeris, quibus datum est Musis  
Aganippis undam bibentibus humanos maximos  
casus recolere versibus. Quonam enim digno satis  
eloquio Victoriae funebria enarrarem, quae  
ubique terrarum persolvuntur? Vel quibus elegis  
Italorum dicerem luctus, qui Verdium, summam  
sui nominis gloriam, inopinato vita functum con  
cordi fletu adhuc lugent? At memoranda haec  
quotidianae ephemeredes per partes singillatimque  
dixerunt tanta cura, ut infinita paene rerum mo  
les assiduos quos numerant lectores iam oppres  
serint. Itaque ne mihi quoque contingat ani  
madversio, paulo maiora recinam.

\*

Iure meritoque: quid enim Babylone antiqui  
tate insignius maiusve, quidve optavissent magis,  
quot sunt sacrarum historiarum cultores, quam  
ut reliquiae tantae urbis novam semper in lucem  
redirent? Atqui hoc adamassim et patientia et  
studio, et labore pecuniaque simul Germani illi  
protulere, penes quos maxima studiorum omnium  
laus a dimidio iam saeculo viget. Horum enim  
docta lectaque manus ad exploranda, si quae  
adhuc laterent intactave superessent adhuc tantae  
urbis vestigia, publico aere recens profecta fuerat:  
cum tandem arrisit oculatis investigatoribus  
fortuna. Qui quidem, ipsa inter Babylonensia ru  
dera, Marduchi, Persi Chaldaeisque populis ca  
rissimi numinis, aedes celebratissimas invenere  
ruinis, arenaque, herbis lapillisque obruta. Fue  
rat ille autem sanctissimus totius Chaldaici imperii  
locus, quem nunc equitum camelorumque  
ungulae impune conterunt: innotuitque simul  
suprema doctissimis totius orbis viris laetitia  
quasi tabularium, vel potius testaceum acervum  
innumeris lateribus refertum quo, ut notum est,  
insculptis stilo signis, suos veluti annales sacer  
dotes chaldaici asservabant. Imperii vices maximi  
tanta antiquitate remoti, reperto feliciter magno hi  
storiae monumento, splendide mox illustrabuntur.

\*

Anxia vero haeret iamiam mens secum re  
putans quae prorsus miranda Oedipis callidissi  
mis lateres enarrabunt. Seditiones forsan ut Lut  
etiensis illa exarsit apud cathedralis ecclesiae  
scholaris? An quae Valentinienses Iberos compulit effraenae libertatis adsertores ad religiosos  
sodales impie vituperandos, qui post peractum  
solemne sacrum et templo egrediebantur? Absit  
omnino! Nec credam libenter Babylonenses illos,  
etsi Barbaros Graeci vocaverint, in Marduchianos  
sacerdotes suos tam indigne insurrexisse!  
— Dicent fortasse lateres calamitates ignitas qua  
rum Tigurensis civitatis incolae specimen experti  
sunt, qui suam domum ignito aere male incenso  
conquassatam prostratanque viderunt, dum mis  
serimum dominum labentes muri interficiunt?  
Sed satis. Horum similia nefaria partim, partim  
calamitosa, quae supremi attulerunt dies, nullo  
ferme pacto velim a lateribus illis revelata.

\*

Quamquam et graviora fuerunt. Audivimus  
namque in Sinarum Scian-si et Scen-si provin  
ciis ob famem tetterimani belli comitem in feras  
iam homines conversos, ut alii alios vorarent; au  
divimus crudeles hominum foeminarumque clades,  
quas Turcae milites per Macedoniam patra  
runt, unde iam minae innovandae seditionis aut  
redintegrandi civilis belli resurgent.

\*

Profecto ut laetiores semper et iucundiores  
thesauri hominibus investigantibus innotescant  
augor, utque viatoribus sodalibus meis meliora  
oculis occurrant. Id vero praesertim praestant  
bonarum artium opera, quae proferre oculis animis  
que blandum oblectamentum unae possent.  
Haec Cordubensibus saltem sors fausta hodie  
servavit, qui in obscuru sua cathedralis tem  
pli ignotoque angulo pictas tabulas invenerunt  
quatuor, quas Velasquez callidissimus colorum  
artifex illinivit, aliam insuper a Murillo depictam,  
Deiparae suavissimam, iuxta pictoris stilum, pra  
ebens effigiem.

Atqui reperta huiusmodi, bona pace dicam et  
Romani et Forficis nostri, chaldaicis centum bi  
bliotheccis carissima semper mihi erunt enum  
cianda!

VIATOR.

## VARIA

### Recensiones singulares.

Rerum summa plerisque adeo in deliciis est,  
ut cum in hanc integros absumperint dies, quin  
imo et noctes insomnes, perbeati sibi esse vi  
deantur. A quadam ex hisce compertum nuper  
est hoc singulare. Homo, etsi verbosus, nunquam  
totu die tantum loquitur quantum satis sit tribus  
horis ex integro complendi; quapropter mille et  
nonaginta et quinque horas eloquii suis, singulis  
annis implebit, idest mensem, dimidium mensis,  
et horas quindecim. Hinc ubi sexagesimo aetatis  
suae supremum obierit diem, idem illi erit ac si  
per septem integros perpetuosque loquutus fuerit  
annos, reliquos autem tres et quinquaginta annos  
conticerit! Ac tamen quot illis in septem annis  
inutilia verba? Quot gratuita? Quot mendacia?  
Quot etiam dolosa? Quot autem damnosa? Quot  
bona?... Exspectamus qui recenseat.

\*

Alius ex his, quibus tota vita in computando  
est, hoc diligentiae suae specimen nobis nuper  
edidit. Qui tabaci fumo ex foliis communis  
chartae velo constrictis, et plerique ex hisce sunt,  
singulis diebus non minus viginti flammiferis  
utitur. Nostra fortassis, certe sua enumerator iste  
canebat. Absumet ergo quovis mense sexcentos,  
septem millia ac ducentos anno quovis. Si ergo  
a vigesimo ad sexagesimum annum eadem con  
stantia utatur, incendet ducenta et octoginta ac

octo millia flaminiferorum. Qui cum singuli lon  
gitudinem trium centimetrorum sibi vindicent,  
ipse filum ligneum comburet octo per chilometra  
et centum ac quadraginta per metra productum.  
Quid si quaeque civitas mille tantum ex iis sin  
gula habuerit? Novem chilometrorum millia et  
quadringenta ac sexaginta chilometra incendet!  
Quid si haec summar toties iteretur ut sua sit  
pars Anglis, Gallis, Italisch, Hispanis, Batavis, Ger  
manis, Hungarisch, Moschis, Sarmatis, Graecis,  
Turcis, Persis et reliquis?...

\*

### Nosocomium novi generis constitutum.

Nosocomium hominibus aegrotis Fabiola Ro  
mana primum constituisse dicitur; nosocomium  
canibus morbo affectis nuper erectum in com  
mentario nostro notavimus; nunc nosocomium  
arboribus, arbutis, plantis denique quibusvis de  
pereuntibus morbo. Hoc Hutinet, Parisiensis vir  
nobilis, eques, idemque ditissimus, molitus est.  
Numquid lucri causa? Absit. Misericordia rem om  
nen instituit, siquidem viro misericordi visum  
est nihil, aut fere, diversum esse inter hominem  
qui febri, qui cancro, qui aquoso sanguine, qui  
exinanitione pereat, et plantam quae radicibus,  
quae truncu, quae ramis laboret. Non erit san  
guis, at erit lympha, uterque vita; non erunt nervi,  
at erunt fila, quibus interponitur et superponitur,  
quod dici potest caro plantarum. Sic magno in  
atrio in via, cui nomen a Sancto Antonio, con  
stitutum est nosocomium, mobilibus tectum cry  
stallis, calidariis, frigidariis, roratoriis instructum,  
decoratum, armatum. Adsunt medici, adsunt do  
mestici, qui, aegrotae arbori, vel plantae, ubi af  
fertur, medicamina, diligentiam seduli navant.  
Quid si dicam illuc afferri quotidie, illuc obliniri,  
amputari, nutritri?...

\*

### Ioci.

Pharmacopolea nuper duellum proposuerat in  
Gallia miles. Composita fuerunt inter patinos,  
quos vocant, locus, dies, hora. Arma, cum haec  
sit duellis lex, pharmacopola se laturum dixerat.  
Venit ad locum die atque hora constitutis, iner  
mis. Tunc, attonitis adstantibus, theculam e pera  
trahens, et aperiens coram adversario: — Haec —  
inquit — mea arma sunt; duas exhibeo pillulas,  
quarum altera atrocissimo veneno foeta, altera  
expers. Elige quam volueris, et degluti... — Coe  
cam mortem recusavit miles, ac duellum amico  
prandio absolutum.

P. d. V.

## SOCIIS MONITUM

**N**ONNUNQUAM ad nos socii scripserunt dolentes hunc vel illum commen  
tarii numerum suo tempore sibi non remissum; quin etiam interdum  
binos vel ternos quoque simul allatos.

Volumus itaque socios omnes certiores, diligentissime munus nos apud  
diribitorum exsequi, et a culpa longissime abesse. Profecto qui subno  
tationem non recto tramite, sed per bibliopolas fecerunt, neque iisdem  
praeceperunt, ut nomen eorum patefacerent, ipsi serius commentarium acci  
pient, cum bibliopolae committenti commentarium inscribere teneamur...

Ceterum quivis *Vocis Urbis* numerus fortuito amissus rursus a nobis  
petatur, qui rationem habebimus: subnotatio autem et alia omnia semper  
mittantur ad **Aristidem Leonori equitem**, commentarii *Vox Urbis* pos  
sessorem et administratorem, **Romam, via Alessandrina, 87**.

A SECRETIS.

\* FIDES \*  
quod musicum organum  
**STRADIVARIUS**  
CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS  
CONFECIT  
Rome veneunt.  
*Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.*

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE  
IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam  
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZ-  
ZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentia-  
riae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex  
concedit in ordine ad Jubilaeum exerceendas et complectuntur praecipuus casus qui in Jubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiae, *etiam recens data, quac opus fuit memorare*, memorantur. Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

**L**IBER (vulgo "ALBUM")  
praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii Vox Urbis moderatore iubente, expresse conflatus, apud eundem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. **1.50**.

**FIGURAE URBIS ROMAE**  
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

**URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS**  
(m. 1.10 × 0.24)  
qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. **2.50**  
*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*  
SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

**VOX URBIS**  
DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
ROMAE - Via Alessandrina, 87

**Prospectus Subnotationis ann. MCMI**  
*(Vid. in secunda operculi pagina).*

**LIBRI ET COMMENTARII RECENS DONO ACCEPTI**

ATTILIO SPADACCIA. Il riscatto del lavoro. - Romae, ex off. « Cooperativa Sociale », 1900.  
VINCENZO DE CRESCENZO. Un difensore di Nerone. - Neapol. edid. Fabius Bicchierai, 1900.  
— Nerone incendiario e i primi Cristiani. - Neapol. edid. Fabius Bicchierai, 1901.  
Prof. CIRO MASSAROLI. Lavori poetici editi per cura della Commissione dell'Orfanotrofio maschile di Faenza ed a beneficio dell'Istituto medesimo. - Faventiae, ex off. Novelli, 1900.  
Fratris Francisci Bartholi de Assisio Tractatus de indulgentia S. Mariae de Portiuncula. Nunc primum integre reddidit PAUL SABATIER. Accedunt varia documenta, inter quae duo Sancti Francisci Assisiensis opuscula hucusque inedita, et dissertatio de operibus Fr. Mariani de Florentia quae a pluribus saeculis delituerant, nunc autem feliciter inventa. - Lutetiae Parisiorum, ex officina Fischbacher, 1900.  
De l'authenticité de la légende de Saint François dite des Trois Compagnons par PAUL SABATIER. - Excerptum e Gallico comm. cui tit. *Revue historique*, t. LXXV, an. 1901.  
JOSEPHUS DE GENNARO. Εισ λεοντα Τρισκαιδεκατον τε ετει X-H-X. Leoni XIII. Anno MCMI. - Romae, typis Vaticanis, MCMI.

Rivista di filologia e d'istruzione classica. An. XXIX, fasc. I. - Augustae Taurinorum edid. Herm. Loescher, 1901.  
La penna azzurra. De litteris commentarius Mediolani bis in mense editus.  
L'Ateneo. De litteris et bonis artibus commentarius bis in mense editus ab Hyacintho Marietti, Augustae Taurinorum.  
Il domani d'Italia. Singulis hebdom. Romae ed. Societas « I. C. di Cultura ».  
Revue Franco-Italienne et du Monde Latin. Neapol. singulis mensibus prodit.